

L'uomo soggiace
sempre all'infeli-
cità;

così nella povertà,

come nelle ricchez-
ze;

o se vivrà a lungo,
avviene che so-
pravviva a coloro
che doveva proce-
dere, come Gu-
glielmo al figlio
suo.

Gravissima è la
perdita del di lui
figlio, non solo per
gli amici, ma an-
che per Venezia
stessa;

ma con la rifles-
sione Guglielmo si
era preparato ad
affrontar coraggio-
samente ciò che
tosto o tardi era
inevitabile, sop-
portando quella
morte con fermezza
e dandone l'av-
viso con pacato
animo.

Esprime il pro-
prio cordoglio per
tanta iattura, e am-
mira la di lui virtù.

et validudine, ut videtur, integra, subito morbo correptus extin-
guitur; ille, dum letas possidet opes et querendis sedulus inhiat,
naufragio, captivitate vel damnatione fit pauperrimus; itaque cui
totus mundus inter spes et desideria non erat satis, ad exiguam
sortem redactus ingemiscit, et cui omnis temporum eternitas ad 5
vivendum videbatur suffectura, hic succis[s]a radice acerbus iacet.
quid igitur in his ^(a) rebus aliud quam infelicitas esse aut videri
potest? si enim parum est quod possidemus, nemo nos miseros
dubitat eorum qui paupertatem ponunt inter extrema malorum;
si multum, vix fit ne vel metu amissionis vel studio immoderato 10
querendi miseri vere simus; sin diu, modo quod illis plerunque
superstites sumus, qui nobis esse debuerunt, ut tibi nunc evenit,
amisso optimo ac prestantissimo filio. non quidem ut sis prop-
terea miser, qui bonorum tuorum rationem in meliore rerum parte
collocasti, sed ut videri possis, tanta accepta calamitate. que, si 15
amicis gravis est et incommoda, si patrie plurimum dispendiosa;
id enim ex concivibus tuis Venetis audio; qua tandem ratione pa-
rum extimanda est? verum scio tibi hoc non imprudenti accidisse,
sed quicquid evenire tam cara in re poterat, velut omnino even-
tuum providisse ^(b). itaque sepe de his ^(c) cogitans et in hos eventus 20
te ipsum armans, consecutus es ut posses talis filii obitum mo-
deste ferre ac per omnem animi tranquillitatem amicis innotescere.
in qua re ego, ut de communi nostra iactura doleo, ita tue proprie
virtuti congratulor et spectate constantie letus faveo. vale ^(d). Se-
nis, .XVIII. novembris 1407.

(a) R iis (b) R providisse (c) R iis (d) Dopo vale B ha la cifra 14, come
inizio della data, che poi manca. Questa e l'indicazione di luogo si leggono solamente
in R